Ad primum q̄ dōm q̄ intentio Dio. fuit dicere q̄ sancti nullo mō quātū ad rōnez mouent̄ a rectitudine rōnis:qō oiuz virtuosoꝝ ē:⁊ etiā a tranquillitate mētis:qō ꝑfectoꝝ est:⁊ ideo dicit eos quātū ad rōnē nō pati.nō q̄n experiētia doloris aliq̄ mō vsq; ad rōnē pueniat:⁊ hāc experiētiā iudiciū de passiōib⁹ nominat. ¶ Ad 2m dōz q̄ itellect⁹ dupliciter p̄t ꝟsideraꝛi:vl vt ē potentia quedā:⁊ sic potētia determinat̄ ad actū:cuz opatio intellect⁹ nō exerceat̄ mediante aliquo orgno corporali: dr̄ q̄ itellect⁹ nō est act⁹ alicui⁹ partis corporis:vel pōt cōsiderari inquātum hec potētia radicat̄ in essentia aīe:⁊ sic cū aīa fm suā essentiā sit forma corporis:⁊ itellectus:⁊ oēs alie vires sunt act⁹ corporis:⁊ p accidēs ad passionē corporis patiunt̄ dupliciter.tū ex ordine rōnis ad essentiā: tum ex ordine itellect⁹ ad alias potētias:q̄ operant̄ p orgnum corporale:ex quaꝛ impedimēto accidit impedimentū in operatiōe intellect⁹:sicut in freneticis pz. ¶ Ad 3m dōz q̄ delectatio itellectus dr̄ dupliciter. Uno mō ita q̄ erit intellectus q̄tū ad subiectū ⁊ quātū ad obiectuz.⁊ hec ē illa delectatio qua itellect⁹ delectat̄ in hoc q̄ intelligit:⁊ quia vtrūq; ꝺrioꝛ itelligit̄ fz q̄ ē itelligibile ⁊ ꝑfectio itellect⁹: nec aliquā lesionē itellectui afferre pōt:sicut in sensu accidit:iō tali delectatiōi nō est tristitia ꝺria. Alio mō delectatio itellect⁹ dicit̄ quātū ad subiectū:sz nō q̄tū ad obiectū: q; nō delectat̄ p hoc q̄ itelligit:sed de aliquo delectabili apphēso:qñ.s.itellectiua ps ꝺlectat̄ de aliq̄ qō i ipsis reb⁹ accidit ꝺsonū voluntati:⁊ sic hec delectatio nō est de vno ꝺrioꝛ fm q̄ est in aīa:fm q̄ nō bz ꝺriuz:q; itentiōes ꝺriorū in aīa nō sunt ꝺrie:cū sint sil:sed fz q̄ est in re fm q̄ bz ꝺrietatē.vñ ⁊ tali delectationi rōnis pōt esse tristitia ꝺria in parte itellectiua existēs:sicut est in demonib⁹ ⁊ aiabus dānatoꝝ. ¶ Ad 4m dōm q̄ hō dr̄ perturbari qñ peruenit passio vsq; ad rōnē imutans ipsaz a sui eq̄litate.nō aūt qñ puenit experiētia doloris vl passiōis ad rōnē. ¶ Ad q̄ntū dōz q̄ fruitio deitatis ⁊ gaudiū cōsequēs erat in superiori pte rōnis in ordie ad suū obiectū.doloꝛ aūt nō ꝓueniebat ad superiorē rōnez:vt dictū ē:nisi fz q̄ fundatur in essentia aīe.sed in rōne inferiori:⁊ in sensualitate ⁊ in sensu erat tristitia:⁊ doloꝛ etiā fm ꝺpationez ad obiecta:inq̄tuz fm has potētias dolebat de pena corporis:⁊ alys bȝ.g tñ doloꝛ erat quodāmodo mā gaudy fruitiōis inq̄tū gaudium illud se extēdebat ad oia illa q̄ apprehēdunt̄ vt deo placita:⁊ sic pz q̄ doloꝛ q erat in aīa xp̄i nullo modo gaudium fruitiōis ipediebat neq; p modū ꝺrietatis:neq; p modum redūdātie.tristitia.n. cōtrariū gaudiū ipedit sicut qōlibz ꝺriuz ipedit a suo ꝺrio.tristitia aūt q̄ erat in aīa xp̄i nullo modo gaudio fruitiōis ꝺria erat:qō pz ex trib⁹.p̄mo q; nō inerat eidē fm idē:sed vel in potētys erant:vel in eadem fm diuersaz operationē.secūdo q; nō erāt de eodē. tertio q; vnū erat mā alteriꝰ:sicut accidit in penitente q̄ dolet ⁊ de doloꝛe gaudet.Sed vlteri⁹. oīs tristitia fm pbz in.7. ethi.impedit oēm delectationē p quādā redundātiā fz q; nocumentū vni⁹ potētie redūdat in aliā.talis aūt redūdātia vt dictū est nō fuit in xp̄o nisi qñ ipse volebat. vñ gaudiū qō erat in superiori rōne p cōparationē ad obiectū nō redūdabat in vires iferiores vt ab eis doloꝛ ⁊ tristitia tolleren̄:neq; vlteri⁹ in corp⁹ vt a lesione imune esset: nec p ꝺnō in aiaz:nec in potētias fm q; in essentia aīe radicant̄: ꝓout lesio corporis ad essentiam anime ⁊ ad potentias in ea radicatas pertingit.

Ad tertiaz questionē dōm q; magnitudo doloris sensibilis xp̄i potest ꝟsideraꝛi ex trib⁹. ꝓimo ex ipsa nā passiōis:⁊ sic habuit magnā acerbitatē. tūc ex ꝺplexione patientis q̄ erat tēperatissima. vñ hēbat optimū tactū:⁊ p ꝺnō erat in eo vehemēs sensus lesionis. bōitas.n.tact⁹ attestat̄ ēt bōitati ꝺplonis bōitati mētis:vt dr̄ in.2o de aīa.tū ex genere pene:qz i locis maxie sensibilib⁹ fuit lesus.s.i manib⁹ ⁊ pedib⁹.tū ēt ex mlt̄itudie passionū q; p totū corp⁹ lesionē sustinuit. Sc̄o ex puritate doloris:qz in alys patiētib⁹ mitigat̄ doloꝛ sensibilis ex ifluxu superiozū viriū in iferiores:vel pp ꝺtēplatiōez q̄ abstrahit inferiores vires aliqualiter a suis actib⁹:vel etiā pp ꝺplacentiā volūtatis ex amoze ei⁹ pp qō patiē. In xp̄o aūt non fuit talis habitudo potētiaꝝ adinuicez vt dictū est:immo vnicuiq; ꝓmittebat̄ agere q̄ ꝓpa sibi erāt:vt dicit Dama. ⁊ iō doloꝛ suus fuit ablq; oī admixtiōe alicui⁹ mitigantis. Tertio ex volūtate patiētis.q;.n. volūtarie patiebat̄ vt satisfaceret p pctō toti⁹ humani generis:iō doloꝛē exceden tez oēs alios dolores assūpsit. Silr etiā doloꝛ aialis:q; tristitia dr̄:qui erat in appetitu sensitiuo:vel in rōne vt nā.ex his duob⁹ vltimis habebat magnitudinez:⁊ tertio ex turpitudine moꝛtis:⁊ ex dilectōe vite corporalis que optima erat:⁊ ex magnitudine coꝛ q; eū ledebāt:⁊ ex ōfectib⁹ humani generis q̄b⁹ ex maxima charitate ꝺpatiebat̄.

Ad primū q̄ dōm q; pōt ꝟueniri passio alicui⁹ sancti q̄ fuit magis doloꝛosa q̄tū ad aligd: vel quātū ad diuturnitatē vel aliq̄d hȝ:sz nō simpliciter oīb⁹ pēsatis. ¶ Ad 2m dōz q; in xp̄o nō refundebat̄ gaudiū ꝺtē platiōis i sensuz:sicut i alys accidit vt dcm ē. ¶ Ad 3m dōz q; inocētia patiēt̄ minuit gdē doloꝛē fz numeꝛ:q; nō doler de tot:sicut peccatoꝛ q̄ dolet de pena:⁊ de lesa ꝺsciētia: sz addit doloꝛē q̄tū ad itēsionē pene p se loquēdo:⁊ inquātū apprehēdit eā vt magis indebitā. Sed pueri nō affligūtur de carentia diuine visionis:q; nō est carētia alicui⁹ eis ꝓportiōati:vt in.2.li.dictū ē:cū gratiā nō habeant: nec ex eis fuit q; nō habuerūt. ¶ Ad 4m dōm q; recōpensatio facit gaudiū in rōne vt rō ꝟsiderata q̄ apprehēdit hoc malū in ordine ad aliud bonū:⁊ inq̄tū gaudiū ei⁹ refunditur in alias vires fm hoc mitigat̄ doloꝛ alias viriū. in xp̄o aūt hoc nō fuit:⁊ iō nō sequit̄. ¶ Ad 5m dōm q; sicut gaudium ꝓpehēsoꝛis superat oē gaudiuz viatoris:ita doloꝛ vel tristitia dānati superat oēm doloꝛē viatoris. vñ cuz xp̄s non assumpserit nisi doloꝛez viatoris:doloꝛ dānati siue quē bz quātum ad pena dāni:siue quē bz quantū ad penā sensus est maioꝛ q̄ fuerit doloꝛ xp̄i:qz ille doloꝛ facit dānatū miserū:qō abstt vt de xp̄o dicat̄:sed doloꝛ quē bz aliquis viatoꝛ de peccato nō est tātus quātus est doloꝛ xp̄i.tū qz mitigat̄ ex spe venie:tuz qz nō est tāta ꝓceptibilitas dolentis q̄tuis sit maius bonū amissuz. ¶ Ad 6m dōz q; q̄tuis i xp̄o fuerit maioꝛ dispositio ad patiēdū q̄ in adaz fuisset: tñ in eo etiā fuit maioꝛ sensus lesionis q̄ in adā fuisset:⁊ iō maioꝛ doloꝛ. ¶ Ad 7m dōm sicut ad gntū. ¶ Expō textus.

On sentit corp⁹ sed aīa.) Contra. sentire est ꝺiuncti fm pbm:q̄ neq; corporis neq; aīe sed oīs. Dicēdū q; eoꝝ q̄ sunt ꝺiuncti quedam insunt toti rōne anime:vt sentire ⁊ bȝ:⁊ hec attribuuntur anime eo modo loquendi quo dicitur caloꝛ calefacere: qz est ꝓncipium calefaciēdi:q̄dā aūt ifūt toti rōne corpis:vt dormire ⁊ bȝ: ⁊ hec attribuunt̄ corpi ⁊ nō aīe. (Quedaz aūt nō p corp⁹) ¶ Contra. In p⁹ de aīa dr̄. destructo corpoze aīa nō remini scit neq; amat:⁊ ē filis rō de illis q̄ hic iducunt̄. Dicēdū q; amoꝛ timoꝛ ⁊ bȝ oīa equoce sumunt̄.q̄nq;.n.nomināt passionē,ꝓprie dictā:⁊ sic sunt in pte sensitiua:⁊ nō p̄nt eē sine corpoze.q̄nq; aūt sumunt̄ p actu volūtatis aliq̄d eligētis vel repudiātis:⁊ sic p̄nt esse sine corpoze sicut ⁊ voluntas. (Suscepit nr̄az vetustatē.) Cōtra.file nō ꝺsumit suū file: q̄ vetustas vetustatē ꝺsumere nō potuit. Dicēdū q; duplex vetustas ē.s.culpa ⁊ pena q̄ ad veterē boiez ptinent. vetustas q̄ pene nō opponit nouitati gr̄e: imo māliter se bz ad ipsaz inquātū meritū ꝺsistit in pena deceter tolerata:⁊ ita vetustas pene cū nouitate gr̄e opponit̄ vetustati culpe et delet eā:⁊ p ꝺnō vetustatē pene:q̄ ex vetustate culpe causat̄:ꝺsumet in statu glorie: ꝓpter hoc simplex vetustas potuit delere duplaz:q̄ dupla vetustas nō potuisset: qz nō habuisset nouitatē adiunctā. (Nō enim assūpsit ignozātiā.) Cōtra. Damas. nāz ignoraz ⁊ seruilez accepit. ¶ ꝑ. Leo papa in ser. epipha. Adozauerūt infantez in nullo ab alys pueris segregatū:q̄ ignozantē sicut alȳ. ¶ Dicēdus ad primū q; ipsemet Damas. seipsum exponit. dicit.n.nām assūptam ignozātē si fz itellectū separet̄ assūptū ab assumēte .s.si ꝟsideret̄ illa nā assūpta q̄si ñ fuissz assūpta:⁊ tūc ignoraꝛ fuisset sicut ē in alys hominib⁹. ¶ Ad 2m dōm q; itelligit quātū ad corporalia:vel scōm ad apparētiā. (Nungd in eo esset defect⁹). s. culpe:al's auctoritas nō ꝓbaret intētionez magri. (Quos.n. defect⁹ habuit.) Et videt̄ q; ꝑ⁹ cā nō valeat:qz vera humanitas potuit eē sine his defectib⁹: sicut fuit in ꝓmo statu:⁊ erit in vltimo. ¶ Itē vr̄ q; nec secunda:qz op⁹ redēptionis ad qō venerat p moꝛtē ipleuit: q̄ nō oportebat q; famē sitiz ⁊ alia bȝ assumeret. ¶ Itē vr̄ q; nec tertia:qz magis videt̄ desperationē iducere ifirmitas salutis eius q̄ saluare venerat. ¶ Ad p̄m q̄ dōz q; vitas būanitatis nēcaria erat q; ostēderet̄ qz exigebatur ad redemptionē q; esset deus ⁊ bō nec humanitas fm statū ꝓmū ⁊ vltimū erat nobis nota:sz fm statū secūdū.⁊ iō oportuit q; assumeret defect⁹ q nobis insunt fz istū statū. ¶ Ad 2m dōz q; aly defect⁹ quos assūpsit fundant̄ sup eādē cāz.s. supra passibilitatē nāe:⁊ iō sil'cū defectib⁹ q̄b⁹ opus redēptionis cōpletū est illi assumpti fuerunt. ¶ Ad 3m dōm q; infirmitas carnis desperationē nō inducit pp diuinitatis virtutez adiūctā:sz magis spem erigit:qz sicut in ipso:ita ⁊ in nobis ifirmitas tollet̄ (Doles q̄ dñe iesu.) Cōtra. ēt sua vulnera doluit vt dictū ē. ¶ Itē q̄rit̄ si sua ⁊ nr̄a vulnera doluit q̄s fuerit maioꝛ doloꝛ. ¶ Dicēdū ad p̄muz q; rō vt ratio nō dolebat de suis vulneribus pp bonū q̄ sequebatur. dolebat aūt sensualitas ⁊ rō ꝟsiderata vt nā. ¶ Ad 2m dōm q; non sunt vni⁹ rōnis doloꝛ corporalis passionis xp̄i ⁊ doloꝛ aialis q; tristitia dr̄:fm quē nostris defectib⁹ cōparatiebat̄:⁊ iō non sunt cōparabiles. Si aūt sumat̄ doloꝛ passionis aialis:tūc dōm q; fuit maioꝛ doloꝛ compassionis q̄ passionis:qz charitas qua de nostris malis dolebat ꝓponderat eq̄litati cōplexionis sue qua dolebat de passiōe sua. Et itez ꝓcisioꝛ ei erat bonoꝝ diuin⁹ q; ledebat̄ culpis nostris q̄tū ex nobis erat q̄ sua vita corporalis: ⁊ etiā i hui⁹ signū illū doloꝛē sustinuit vt istū tolleret. (Aut ꝺtristat̄ ge

p passionē.) Uidet̄ q; in xp̄o nō fuit ꝓpassio Mat. 7. diē glo. q; ꝓpassio est subit⁹ motus cui nō cōsentit̄. hoc aūt est veniale pctm̄. ¶ Itē tristitia semp vr̄ esse passio:qz ē in genere passionis. ¶ Itē vr̄ q; nūq̄ sit passio vt dicit Dama. sed passiōis sensus. ¶ Dicēdū q; passio iportat imutationē patiētis.nō aūt dr̄ aliqs imutari simpliciter qñ id cō ē principale in ipso ꝑmanet imutatū:⁊ iō simpliciter loquēdo qñ rō nō mutat̄ a sui eq̄litate vel equitate nō dr̄ passio sed ꝓpassio q̄si iperfecta passio:⁊ hoc mō fuit in xp̄o. ¶ Et iō dōm ad p̄mū q; ꝓpassio ꝓprie loquēdo est imutatio ifeꝛioꝛis partis tm̄:⁊ qñ talis imutatio i nobis accidit nō ꝓꝛdinat̄ a rōne.iō glo. fm statū potētiaꝝ in nobis loquēs dicit ꝓpassionē subitū motū. In xp̄o aūt aliter fuit vt ex dictis pz.nec tñ est vez q; oīs subit⁹ motus sensualitatis sit peccatū veniale:sz tūc tñ qñ est tendēs in illicitū qō i xp̄o nullaten⁹ fuit. ¶ Ad 2m dōz q; dr̄ nō eē passio: qz nō ē pfecta passio q̄uis sit de genere passiōis sicut ea q̄ parua sunt q̄si ꝑ nihilo reputant̄ sicut dicit Damas. q; ꝓprie passio ē qñ bz aliquā magnitudinē ꝓceptibilem. ¶ Ad 3m dōm q; Damas. loquit̄ de passionib⁹ corporalib⁹ nō aialib⁹. (Unigenit⁹ deus hominē veruz.) Uerba hec Hylary vident̄ a xp̄o doloꝛē passionis ⁊ timoꝛē excludere: q̄ tripliciter solunt̄. quidā eniz dicūt Hyl. hoc retractasse:⁊ hoc dicebat Uillerm⁹ epūs parisien. q; viderat epistolā retractationis: ⁊ fuerat sibi scriptū a quodā q̄ eā legerat:⁊ hoc videt̄ ꝓbabile ex his auctoritatib⁹. q̄s in lr̄a magist̄ iducit. quaruz vna icipit ibi. (Interroga qd sit) Alia ē notula q̄ icipit ibi (Cū hec passionū genera.) quib⁹ expresse dicit humanitatē xp̄i bis ifirmitatibus subiacuisse:qō tñ lr̄a negat: vt vr̄. Alȳ dicūt q; loquit̄ de xp̄o quātū ad deitatez: qz disputat ꝺtra illos in his verbis q; dei filiū creaturā dicebāt:sz huic nō ꝺsonāt ꝝba auctoritatis q̄ faciūt mētionē de xp̄i carne Solutio aūt magistri ꝟsistit i hoc q; simpliciter voluit remouere a xp̄o doloꝛē. sz tria q̄ sunt circa doloꝛē. ꝓmo dominiū doloris qō pz ex ꝺ q; dicit. (Nō tñ vitiose infirmitatis.) Tertio necessitatē doloris:quod pz ex hoc q; dicit. (Uideam⁹ an ille ordo passionis.) Et fz hoc solunt̄ tria difficilia q̄ in ꝟbis ei⁹ vident̄ eē. ꝓmū ē q; dicit (pena in eo defecit sine sensu pene:) ⁊ hoc notat supra nāz passiōis: que.s. sensum pene iferr:q est doloꝛ:quod nō pōt itelligi de sensu exteriozi:qz sic ponereꝰ cozp⁹illud ifensibile esse:sed oz q; itelligat̄ quantū ad sensum rōnis:q nō fuit imutat⁹ p hȝ passiōes a sua equalitate:⁊ pp hoc dicit̄ q; pena in ipso dominiū nō habuit. vl etiā q; ipsuz verbū nō ē affectū hȝ passionib⁹ fm secūdā solutionē:vt videt̄ dicere in notula affixa. Aliud difficile ē q; dicit (nō hūs nāz ad doledū:) ⁊ hoc dicit̄ qz nō erat in nā illa ordo ad doloꝛē ex aliquo merito peccati sicut ē in nobis:⁊ p būc modum dixit supra q; dominici corporis ista est natura vt feratur in vndis. Hoc enim nō est de natura corporis in se ꝟsiderati:sed ex virtute adiuncte diuinitatis: Tertiuz difficile est q; dicit. (Ne q; enim fieri potest.) Ubi videtur ab ipso eludere timorē ⁊ tristitiam consequēter:sed vel hoc soluendum est sicut in supradicta auctoritate. s. q; loquitur de timoꝛe ꝓout ē passio:⁊ nō ꝓout est ꝓpassio. Uel dicēdum q; excludit necessitatem timoris.habebat eniz in ratione vnde timorem ⁊ tristitiam a sensualitate excluderet si voluisz: quia vt supra dictuz est sensualitas nata est moueri ad tristitiā ⁊ timoꝛem ⁊ ad oppositā:nō solum ex apprehensione imaginationis:sed etiā ex apprehensione rationis. (Pati potuit ⁊ passibilis esse nō potuit.) Contra. pbs in li. de som. ⁊ vigi. cuius est potentia eius est actus: ergo quod patitur ē passibile. Dicendum q; pati significat passionē per modū actus vnde ad suppositum refertur fm q; suppositum est cuiuscūq; nature:⁊ qz passio ineſt sibi ratione humane na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ture:ideo dicit̃ ꝙ pati potuit.passibile aũt potẽtiã signi
ficat ad patiẽdũ vt iformanté id de quo dr̃.Et qz vbũ ſm
ſe nõ iformaſ potẽtia patiẽdi:iõ dr̃ ꝙ passibile esse nõ po
tuit.ſ.ꝟz ſe:q̃uis passibile fuerit rõne nãe assũpte.

¶An in xpo necessitas fuerit patiẽdi ⁊ moriẽdi
q̃ est defect⁹ generalis. Disti. XVI.

Hic oritur questio ex ꝓdictis ducẽs
originẽ. Dictum est enim supra ꝙ
xps in se nostros defectus suscepit
ꝓter peccatũ. Est aũt hois qdaz
generalis defect⁹:qui peccatuz nõ
est.ſ.necessitas patiẽdi vel moriẽdi. vnde nostꝝ
corpus nõ tm̃ mortale:sed etiã mortuũ dicitur:
quia nõ tm̃ aptitudinẽ moriẽdi:sed etiaz necessi
tatem hz. Ideo queritur vtrũ necessitas talis in
xpi corpore fuerit. De aptitudine eniz morien
di ꝙ in eo fuerit ambiguuz nõ est:que etiã ante
peccatum in hoie fuit: qñ aliquis in eo defect⁹
nõ fuit. Nec igitur mortalitas illa tũc in eo fuit
defectus:qz nature ei erat. Unde etiam quidaz
talẽ mortalitatẽ in nobis nõ esse defectũ nõ im
probe traduntꝫ:sed necessitatez moriẽdi vel pa
tiendi:que etiã mortalitas dicit̃ vel passibilitas
Dicitur eniz homo nũc passibilis vel mortalis
nõ modo ꝓpter aptitudinẽ sed ꝓpter necessitatẽ. Sed nũquid hic defectus fuit in xpi carne:
Anima quoqz eius cum passibilis extiterit ante
mortem:nũquid necessitatẽ patiẽdi habuit:Si
enim necessitas patiẽdi vel moriẽdi fuit in xpo:
nõ videt̃ sola volũtate miserationis defect⁹ nostros accepisse. Ad quod dici potest xpm volũ
tate non necessitate sue nãe hos defect⁹ sicut ali
os suscepisse.ſ.necessitatẽ patiendi in aia:simul
autẽ patiẽdi ⁊ moriendi in carne. Uerũ hãc ne
cessitatẽ nõ habuit ex necessitate sue cõditionis:
quia a peccato imunis fuit:sed ex voluntate ac
cepit de nostra infirmitate ponẽs tabernaculuz
suũ in sole.ſ. sub tempozali mutabilitate ⁊ labo
re. Unde super epistolam ad Hebreos auctoꝛi
tas dicit: ꝙ sicut omnibus alijs iure ⁊ lege nãe
statutum est semel mori:ita christus eadem ne
cessitate ⁊ iure nature semel oblatus est: ⁊ nõ
sepe. Nec ideo dicit iure nãe ꝙ ex nã sue condi
tionis hunc defectũ cõtraxerit:qui etiam nõ ꝓ
uenit nobis ex natura ſm ꝙ prius est nobis in
stituta:sed ex ea peccato vitiata. Et ideo dicit̃
hic defectus naturalis: quia quasi pro natura
inoleuit in omnibus diffusus.

¶De statib⁹ hois: ⁊ qd de singulis xps accepit.

Est hic notandũ christũ de omni sta
tu hominis aliquid accepisse:qui oẽs
venit saluare. Sunt eniz quatuoꝛ sta
tus hominis.primus ante peccatuz.
secundus post peccatum ⁊ ante gratiam.tertius sub gratia.quartus in gloria. De primo sta
tu accepit immunitatem peccati. Unde Augustinus illud Joannis euangeliste exponens
Qui de sursum venit sup omnes est:dicit chꝛistum venisse desursum.idest de altitudine humane nature ante peccatum. Quia de illa altitudine assumpsit dei verbum humanã naturã
dum nõ assumpsit culpam: cuius assumpsit penam. Sed penam assumpsit de statu secũdo ⁊
alios defectus. De tertio vero gratie plenitudinem. De quarto nõ posse peccare: ⁊ dei pfectã
cõtẽplationẽ. Habuit.n.simul bona vie quedaz
⁊ bona patrie:sicut ⁊ quedaz vie mala.

¶Postq̃ determinauit magr̃ de defectib⁹ quos xps cũ nã
assũpsit. Dic ingrit ꝙ quẽ moduz illi defect⁹ fuerũt in xpo:
vtꝝ.ſ.in xpo fuerit necessitas patiẽdi vel moriẽdi. Et diui
ditur in duas ptes. Primo determinat qõnez ostẽdens ꝙ
xps necessitatẽ moriẽdi assũpsit. Et qz necessitas moriẽdi
ad secũdũ statũ ptinet:iõ gr̃a hui⁹ secũdo oñdit qd xps de
singulis statib⁹ aliqd accepit.ibi. (Et est hic notandũ.) Circa primũ tria facit. Primo ponit dubitationem. Scõo solꝛuit ibi. (Ad qõ dici põt.) Tertio solutionem cõfirmat ibi.
(Uñ sup epistolã ad Hebreos.) Dic oritꝛ duplex qõ. Primo de necessitate moriẽdi:quã xps ex secũdo statu assumpsit. Secũdo de his q̃ xps habuit de vltimo statu. De immunitate.n.peccati:⁊ de plenitudine gr̃e q̃ ad alios status ptinẽt supra dictũ ẽ. ¶Questio. I.

Circa primũ querũtur tria. Primo vtruz
necessitas moriẽdi sit tm̃ ex peccato:
etiã ex nã. Secũdo vtꝝ in xpo fuerit necessitas moriẽdi. Tertio vtruz illa necessitas fuerit sub volũtate humana.

¶Utꝝ necessitas moriẽdi tm̃ sit homini ex peccato.

Ad primuz sic ꝓcedit. vr̃ ꝙ necessitas
moriẽdi sit tm̃ hoi ex peccato. Rom.7. Corꝝ quidẽ mortuũ est pp peccatũ
idest necessitati mortis addictũ. g̃. ¶ P.in bũa
na nã est mors cõsecuta culpam. Roma.5. Per
peccatũ mors:sed necessitas peccati inducta est homini ꝓ
peccatum tm̃:ergo ⁊ necessitas moriendi. ¶ P.mã debz
esse ꝟz nãz ꝓportiõata forme:ſz forma corpis humani:aia
scz rationalis est icorruptibilis:ergo ⁊ ipsuz corpus humanum:ergo necessitas moriendi nõ est ex natura:sed ex peccato. ¶ P.corpus humanũ maxime ad equalitatez commixtionis peruenit:sicut phi tradũt:sed vbi est equalitas
ꝟmixtionis vnũ cõtrariũ cũ nõ ꝓdominet alteri nõ põt
agere ad corruptionez mixti:ergo corpus hominis per naturam est incorruptibile. ⁊ sic idẽ qõ prius. ¶ P. pena nõ
est inducta nisi propter peccatum: sed mors ⁊ necessitas
moriendi quedam pena est:quia omne terribile penale ẽ:
finis autem terribilium mors. vt dicitur in tertio Ethico.
ergo sunt tantum ex peccato.

¶Sed contra.omne compositum ex contrarijs est ſm naturam necessitatem habens ad corruptionem:sed corpus
humanum est hꝺ:ergo ex natura habet necessitatem moriendi. ¶ P.sicut ꝓbatur in primo,ce.⁊ mũ. generabile
naturaliter est corruptibile ⁊ corruptionis necessitatem
habens:sed corpus humanum est generatum per naturã
ergo naturaliter est necessitatem corruptionis hñs. ¶ P.
elementa que sunt in corpore humano sunt eiusdem spẽi
cum alijs elementorum partibus:sed elementa in commixtionem aliorum corporum venientia sunt de necessitate
corruptibilia ſm nãm:ergo ⁊ elementa que sunt in corpore humano:ſz corruptis ꝓponẽtib⁹ corrũpit̃ ꝓpositũ:g̃ corpus hois ſm nãm habz necessitatem moriẽdi.

Respõdeo dõm ꝙ necessitas moriẽdi partiz homini est ex nã partim ex peccato. Ex nã gdem quia corpus hois ꝓpositũ est ex ꝯrarijs que nata sũt
agere ⁊ pati adinuicẽ ex quo accidit dissolutio ꝓpositi:sed
tm̃ in statu inocẽtie donũ quoddam a deo gratis datũ aie
inerat vt ipsa ꝓeter modũ alias formaruz ſm modũ suũ
vitam indeficiẽtem corpori largireꝛ sicut ipsa incorruptibilis est:⁊ nõ ſm modum corporis corruptibilẽ q̃diu ipsa
manebat deo subdita:⁊ corpus ei oĩno subdebat: nec aliq̃
dispositio in corpore accidere poterat que vinificationem
anime impediret:sed ꝓpter peccatum istud donũ ablatũ
est:⁊ ideo relicta est hũana nã vt dicit Dionys⁹ in eccles.
ierar.in statu q̃ debeꝛ ei ex nã suoꝝ ꝓncipioꝝ ſm ꝙ dictũ
est ei Gene.3°. Terra es ⁊ in terrã ibis. ⁊ ideo post peccatũ
necessitas moriẽdi inest homini ex peccato sicut ex remouente ꝓhibẽs qõ erat gratia inocẽtie. ex nã aũt mãe sicut
ex eo qõ ꝑ se necessitatẽ mortis iducit.

Ad primuz ergo dõm ꝙ hoc dicit̃ inquantũ ꝓpeccatuz ꝓhibẽs mortẽ remotũ ẽ. ¶ Ad
scõz dõm ꝙ peccatũ nõ inest homini ex aliquo ꝓncipiozũ
nãlium:imo est ꝯtra nãm rõnis. vnde nõ est sile de peccato ⁊ morte que ex ꝓncipio mãli cõsequunt̃. ¶ Ad 3m dõz
ꝙ mã debet esse ꝓportionata forme:nõ vt habeat ꝺitiones formе:sed vt sit dispꝺita ad recipiẽdũ formã ſm modum suũ. vnde nõ opz si anima hois est imortalis ꝙ etiaz
corpus ſm nãm sit imortale. ¶ Ad 4m dõm ꝙ impossibile est ꝙ cõplexio peruenias ad tãtaz equalitatem quin alterum cõtrarioꝝ ꝓdominet̃:qz als nõ fieret mixtio nisi
vnũ in alterũ ageret dominãs ad mediũ reducẽdo altero
resistẽte:⁊ precipue hoc oꝛ in corpore humano ꝙ calor dominetur ꝓpter operationes aĩe que indigent caloꝛe sicut
instrumẽto:vt dicit̃ in.z.de aĩa. ¶ Ad 5m dõm ꝙ moꝛs vl
necessitas moriẽdi dicitur esse pena ꝑ cõparationẽ ad statuz inocẽtie in quo inerat ei posse nõ mori. Si tm̃ in principio ꝺditionis nãe humane dictũ donũ gratie humane nature nõ fuisset collatũ:necessitas qdẽ moriẽdi fuisset:ſz tm̃
nãlis defect⁹ nõ pena vt supra ꝓbauit magr̃ ex vbis Augustini in ꝓcedẽti dis. Et iõ qz phi illud donũ nõ cognouerũt
dixit Sen̄. ꝙ moꝛs ẽ hois nã nõ pena.

¶Utꝝ in christo fuit necessitas moriẽdi.

Ad secunduz sic ꝓceditur. videt̃ ꝙ in
xpo nõ fuerit necessitas
moriẽdi. necessitas enim coactionẽ importat:ſz
qõ est in potestate alicui⁹ ꝺstitutũ nõ ẽ coactuz.
cum igitur xps de seipso dicat Jo.io. Potestatẽ
habeo ponẽdi aiam tc̃.nõ fuit in eo vt videtur necessitas
moriendi. ¶ P.xps mortuus est quia voluit:vt dicit̃ Isa.
53.sed nõ fuit in eo necessitas volendi:ergo nec necessitas
moriẽdi. ¶ P. necessitas moriẽdi vẽit ex peccato. Rom̃
8? Corpus quidẽ mortuuz est ꝓpter peccatũ. glo. necessitati mortis addictũ:sed in xpo nõ fuit peccatũ:ergo nec necessitas moriẽdi. ¶ P.supra dixit magister in precedenti
distinctione ꝙ Dylarius a xpo necessitatez dolẽdi remouit:sed dolorẽ passiõis secuta est moꝛs:ergo nec in eo fuit
necessitas moriendi. ¶ P.potentius nõ de necessitate ab
aliquo minus potẽte patitur:sed xps fuit potentioꝛ quolibet alio passionem vel mortẽ inducente:ergo ipse non habuit necessitatẽ moriendi vel patiendi.

¶Sz 3. Rom̃.8? Deꝰ misit filiũ suũ ĩ slitudie carnis pcti:
ſz ꝺditio carnis pcti ẽ ꝙ habeat necessitatẽ moriendi:q̃ tñ
peccatũ nõ est:ergo fuit in carne xpi. ¶ P. Hebre.z. dicit̃
ꝙ ipse in passione assimilatus est fratribus: idest alijs hominibus:sed mater de qua xps carnem sũpsit ⁊ alij hoies
habent necessitatẽ moriẽdi ⁊ patiẽdi:ergo etiaz in xpo talis necessitas fuit. ¶ P.necitas moriendi vl patiendi est
defectus totam humanã naturam cõsequẽs:nec est culpa
diminutionẽ gratie importans: quia est tm̃ ex parte corporis:sed oẽs tales defectus assumpsit:vt supra dictuz ẽ:q̃
assumpsit necessitatez moriendi.

Respõdeo dicendũ ꝙ ſm pm̃ necessarium idem
est qõ impossibile nõ ee. vnde necessitas excludit potẽtiã ad oppositum. hec aũt potẽtia ad oppositum excluditur triplici rõne. Prima ex hoc ꝙ talis potentia repugnat nãe illius rei sicut potẽtia deficiẽdi repugnat nãe diuine:⁊ ideo dicimus deum necessario eternũ:⁊
hec est necessitas absoluta. Secũdo impeditur ex aliquo
impediẽte:⁊ sic est necessitas coactionis. Tertio quia hoc
cuius dicitur esse potẽtia repugnat fini intẽto:sicut nõ curari repugnat ei qõ est sanari. vnde dicimus ꝙ non potest
nõ curari si debeat sanari. ⁊ hec est necessitas ex conditione finis. Necessitas autẽ patiẽdi vel moriendi dupliciter
potest attribui christo:qz potest remouere potentiam nõ
moriendi a natura humana:⁊ sic vere ei attribuitur quia
natura humana quantum ad statum sue passibilitatis: in
quo statu xps eam assumpsit:nõ habet potẽtiaz nõ moriẽdi:vnde in christo quantũ ad humanaz naturã fuit necessitas moriẽdi. Item potest remouere potentiam non moriendi a xpo rõne psone:⁊ sic ei falso attribuitur:qz virtus
diuinitatis xpi repellere poterat oẽ inducens mortez vel
passionez. Erat tm̃ in xpo necessitas patiẽdi etiã rõne persone ex ꝺditione finis.ſ.si humanuz genus redimendo liberare veller. ⁊ sic ideo quidaz dicunt christum habuisse
necessitatẽ patiendi attẽdentes nãm humanaz.quidã vero dicunt nõ habuisse aliã necessitatẽ nisi ex ꝺditiõe finis
attendentes personã diuinam. Sed qz moꝛs inest christo
ratione humane nature:ideo sicut simpliciter cõcedimus
ꝙ christus mortuus est:ita similiter concedere possumus
simpliciter ꝙ necessitatẽ moriẽdi habuit nõ soluz ex cã finali:ſz etiã necessitatẽ absolutã vt mozeꝛet̃ et si nõ occideretur. vt qdã dicũt. Uñ August. Si nõ occisus fuisset nãli
morte dissolutus fuisset:⁊ ideꝫ opus redemptionis fuisset
quod per passionẽ fecit:⁊ cũ hoc necessitatẽ coactiõis q̃tuz ad mortem violentam quã sustinuit.

Ad primuz q̃ dõz ꝙ sicut infra.21ª.dis. dicit magr̃:
Xps dixit de ptate in se manẽtis diuinitatis. ¶ Ad 2m dõz ꝙ cũ dr̃. Xps mortuus est qz voluit.
ly qz.põt dicere cãm:⁊ hoc vel respectu mortis absolute:⁊
sic referẽdũ ẽ ad volũtatẽ diuinitatis: vel respectu mortis
violẽter illate:⁊ sic põt referri ad volũtatẽ bũanã:ꝑ quaz
volũtarie se obtulit ꝓsecutoribus. põt ẽt dicere ꝺcomitãtia:
⁊ sic referꝛ ẽt ad volũtatẽ bũanã:ꝑ quã mortẽ acceptauit.
⁊ B nõ exludit necitatẽ moriẽdi: qz hoc idẽ accidit ĩ petro
⁊ ĩ alijs scis. ¶ Ad 3m dõz ꝙ necitas moriẽdi nõ solũ venit
in bũanã nãz ex pctõ:ſz ẽt als potuiſſz eẽ ĩ bũana nã vt supra dcm̃ ẽ:⁊ iõ xps potuit hũc defectũ assumere sine pctõ:
⁊ alios hꝺ. ¶ Ad 4m dõm ꝙ magr̃ voluit supra excludere
a xpo necitatẽ patiẽdi rõne psone. ¶ Ad 5m dõm ꝙ corpe
xpi fuit ſz qd potẽti⁹ clau⁹ ⁊ lãcea: iq̃tũ.ſ.clau⁹ fuit durus
qõ ptinet ad potẽtiã nãles:⁊ caro xpi mollis:qõ ptinet ad
nãlẽ impotẽtiam ſm pm̃ in predicamẽtis.

¶Utrum necessitas moriẽdi vel patiẽdi subsit in christo
(voluntati humane.

Ad tertiũ sic ꝓcedit. vr̃ ꝙ necitas patiẽdi vel moriẽdi suffuerit in
xpo volũtati hũane. nihil.n. regt̃ ad volũtatez

Universidad de Deusto
Biblioteca

precedẽtez nisi qđ volũtati subest: sz Dama. dicit in. 3. li. q̃ hãlia in xp̃o sequebañ ad volũtatẽ: g̃ si necessitas moziẽdi fuit in xp̃o aliquo mõ nãlis suberat volũtati xp̃i. ¶ P. sicut iferiozes vires sũt sub rõne: ita corp⁹ est sub aĩa: sz iferiozes vires ĩ xp̃o obediebãt: r oĩo subyciebãt volũtati rationis: g̃ r corp⁹ q̃tũ ad oĩa q̃ in ipso accidere poterãt subdebañ volũtati aĩe. ¶ P. Auicẽna dicit in. 6. lib. ꝺ nãlib⁹. q̃ aĩe alicui⁹ spũal⁹ viri magl obedit mã q̃ ɔrius agẽtib⁹ in nã: sz aĩa xp̃i maxie fuit spũal: g̃ cũ moz⁹ ĩ corpe ei⁹ acciderit ex aliquo agente ɔrio: videt q̃ volũtas eius hũana poterat repellere mortẽ in illis passionib⁹ inductis. ¶ P. ex volũtate sua humana p gr̃am sanitatis quã abũdãtissime habuit alys sanitaẽ ɔferebat: sicut Matꝫ. 8°. dicit leprozo. volo mũdare: sed nõ min⁹ poterat in corpus ꝓpriũ q̃ in alienũ: g̃ r poterat fm humanã suã volũtatẽ pseruare corpus a lesione r morte. ¶ P. maioz vt⁹ fuit in aĩa xp̃i q̃ in qualibet alia creatura: sed aliqua virtus creature põt preseruare corp⁹a morte sicut lignuz vite: g̃ multo fortius poterat hoc aĩa xp̃i. ¶ P. Moyses ex vi ꝺtẽplatiõis diuine ieiunauit q̃dragita dieb⁹: qb⁹ vt vĩ ɔseruabaẽ corp⁹a cõsũptiõe ex vtute aĩe: sz ĩ xp̃o fuit aĩa multo potẽtioz q̃ ĩ moyse: q aplioris glozie pre Moyse habit⁹ ẽ: vt dr̃ Deb. 2. 3. g̃ ei⁹ aĩe poterat conseruare corpus imune ab oi corruptiõe.

¶ Sed cõtra. corpus humanuz nõ preseruaẽ oĩno a morte nisi p gratiã inocẽtie sicut in primo statu: vel p gloziã sicut in vltimo statu: sed vtrũq istorũ dare solius dei est: g̃ aĩa xp̃i corp⁹ suũ nõ poterat a corruptione pseruare: r ita necessitas moziẽdi sibi nõ subdebaẽ. ¶ P. fm naturã corrupti bile nõ põt fieri incorruptibile: sed aĩa xp̃i nõ poterat in ea que sunt supra nãm: ergo cũ corp⁹ suũ esset corruptibile nõ poterat eũ a corruptione preseruare. ¶ P. facere miracula est signũ oipotẽtie: sed aĩa xp̃i nõ habuit oipotẽtiã: ergo nõ potuit ꝓpria virtute aliqđ miraculũ facere: sz q̃ corp⁹ corruptibile nõ corrũpatur est maximũ miraculum: ergo hoc nõ subiacebat voluntati anime xp̃i.

Respondeo dõz q̃ ei⁹ solius ẽ imutare legẽ r cursum nãe impositũ: g̃ nãz instituit r ordinauit: qđ solus deus facit: r iõ neq̃ aliqua virt⁹ corporalis nec spiritualis aut aĩe aut angeli nec etiã aĩe xp̃i potuit ad imutationẽ legis nãe imposite diuinitus nisi p moduz ostonis aut itercessiõis: r ideo hoc fuit signũ deitatis xp̃i q̃ imperãdo signa pficiebat: r nõ orando: sicut alq̃ sancti: r iõ cũ fm legẽ r cursuz nãe moz⁹ xp̃i corpus ɔsequereẽ vt dictũ ẽ: r vt dic magr in lra: dõz q̃ necitas moziẽdi in xp̃o nõ subdebaẽ volũtati ei⁹ bũane: sz solũ diuĩe vt vna opio dic.

Ad primuz ergo dõm q̃ verbũ Dama. ẽ itelligendũ de volũtate diuina q̃ fuit illi⁹ p sone. ¶ Ad 2ᵐ dõm q̃ sensibiles vires nate sunt obedire rõni: r quãto rõ magis fuit virtute perfecta tãto magis sibi obediuit. Et q̃ xp̃s pfectissima vtutem habuit: ideo hꝫ vires oĩno sibi subdebaẽ quãtũ ad rõnem: sed vires nãles vel aĩe vegetabilis vel etiã corpozis nõ sunt nate obedire rationi: r ideo nõ est silis ratio. ¶ Ad 3ᵐ dõm q̃ Auicẽna ponit q̃ mũdus factꝰ est a deo mediãtib⁹ angelis: vñ ponit q̃ spiritui angelico mã obedit ad nutũ: r p ꝺñs aĩe inquantũ angelis assimilaẽ. hec aũt repugnãt fidei r dictis aliorũ pb⁹z q̃ dicũt q̃ angeli nõ possunt in hec iferioza effectuz aliquem nisi mediante motu celi: quod etiam repugnat fidei quantum ad aliqua que possunt angeli facere vtendo virtutib⁹ rez nãliuz in mouẽdo inferioza: vt pz ex secũdo. dis. 8ª. vnde in hoc nõ est standũ auctoritati Auicẽ. ¶ Ad quartũ dõm q̃ xp̃s etiã miracula sanitatis nõ poterat facere vtute humanitatis: sed diuinitatis sibi ꝺiũcte. ¶ Ad quintũ dõm q̃ lignũ vite nõ poterat imortalitatẽ cõferre principaliter: sed remouebat quoddã ex quo sequitur corruptio. s. extraneitatẽ a cibo assumpto: vt in. 2. li. di. 19. dcñ est. ¶ Ad sextũ dõm q̃ q̃uis moyses nõ affligeretur ex ieiunio quadraginta dieꝫ: quia vires sensibiles suspẽse erãt ꝓpter cõtẽplationẽ dei: tñ calor nãlis agebat r fiebat deperditio: quãuis nõ tanta: q̃ q̃ vires intellectiue vehemẽter cõtemplañ: etiã vires nãles in suis actibus impediuntur. vel si nulla fiebat cõsumptio hoc non fuit nisi virtute diuina per miraculum. ¶ Questio. II.

Deinde querit vtz cũ necessitate moziẽdi potuit hr̃e ea q̃ ptinẽt ad statũ glie. Et q̃ supra dictũ ẽ de his q̃ ptinẽt ad gloriã aĩe: iõ q̃rit de his q̃ ptinẽt ad statũ glie corpozis: quã in trãsfiguratiõe ostẽdit Matꝫ. 17. Et circa hꝫ querũtur duo. Primo vtruz illa claritas fuerit vera vel ymaginaria. Secũdo vtrũ fuerit glioſa:

¶ Utrũ claritas que fuit in xp̃i corpore in trãsfiguratione fuerit vera: r vtz fuerit ymaginatiua.

Ad primũ sic ꝓceditur. vĩ q̃ illa claritas nõ fuerit vera. in illud enim dr̃ aliqđ trãsfigurari: qđ nõ ꝼz veritatem ei inest: sic dr̃. z. Lozi. xi. q̃ angelus sathane trãsfigurat se in angelũ lucis: sz xp̃s dr̃ trãsfigurat⁹ ꝼz q̃ illã claritatẽ demõstrauit vt pz Matꝫ. 17. g̃ claritas illa nõ fm veritatẽ ei ierat. ¶ P. Lu. xi. Nõ gustabũt mortẽ nisi videãt regnũ dei. glo. Be. i. glorificationẽ corpozis in ymaginaria repũtatiõe future btitudinis: sz qđ ẽ ymaginariũ nõ ẽ verũ: g̃ illa claritas nõ ꝼz vitatẽ ei ierat. ¶ P. ipossibile ẽ q̃ idẽ corp⁹ sit sil⁹ opacũ r lucidũ: sz ꝼz vitatẽ rei corp⁹ xp̃i opacũ erat: g̃ claritas nõ ierat ei ꝼz rei vitatem. ¶ P. claritas sensibilis maxie corrũpit visuz. sz claritas illa fuit maxia: q̃ sup illud Mat. 17. Resplenduit facies ei⁹ sicut sol: dicit glo. Jero. De⁹ nõ põt in vita tã claꝛ qđ facere: cum g̃ oculi apl̃oꝛ nõ fuerit lesi in visiõe illi⁹ claritatis: nõ fuit illa claritas sensibilis: sz solũ ymagiaria. ¶ P. testes trãsfiguratiõis trãsfiguratiõi ɔformanẽ: sz sup illud Lu. 9. Apparuerũt moyses r helias. dic gl. Sciẽdũ ẽ ñ corpa vl aĩas moysi r helie ibi appuisse: sz in subiecta creatura illa corpa fuisse formata. põt ẽt credi vt ãgelico mysterio hꝫ factũ eẽt: vt angeli eoꝛ psonas assumerẽt: g̃ nec ipsa claritas fm quaz fuit facta trãsfiguratio fuit vã: sed ymaginaria.

¶ Sz ɔ. Aug. dicit: r supra habitũ ẽ. distin. 8ce. q̃ si vnũ eorũ q̃ euãgeliũ de xp̃o dic veꝛ nõ fuit: nec alia oz dicere vã fuisse. si g̃ nõ fuit vã claritas: cũ euãgeliũ hꝫ dicat: relinquit q̃ nõ ve comederit nec ve passus sit: qđ ẽ bereticũ. ¶ P. i opib⁹ vitatis nõ ẽ credẽduz aliqđ falsẽ r pstigiose fcm: sz si illa claritas nõ fuisz vã: fuisset qđã pstigiũ illudẽs oculos: g̃ nullo mõ hꝫ dom ẽ. ¶ P. sup illud Luc. 10. Faciam⁹ hic tria tabernacla: dicit glo. q̃ moyses r helias fuerũt testes de celo: sz nõ fuissent veri testes nisi ibi vere fuissent: g̃ ibi vere fuerũt: r sic vere ibi claritas fuit.

Respondeo dõm q̃ claritas illa fuit sensibilis ꝼz veritatẽ i corpe xp̃i exñs ad oñsionẽ claritatis quã ꝓmiserat in scis post resurrectionẽ futuras dicẽs. Fulgebũt iusti tanq̃ sol in regno pr̃is eoꝛ. Mat. 13.

Ad primuz g̃ dõz q̃ figura dupliciter dr̃. Uno mõ dicitur qualitas resultans ex terminatione quãtitatis: r sic nõ dicit xp̃s trãsfiguratꝰ: q̃ eadez lineamenta corpozis in ipso erant: r q̃ figura alicuius rei signuz ipsius ponitur: sicut patet de ymaginib⁹ que ꝓpiue fiunt fm repzesentationẽ figure. inde trãslatũ est nomẽ figure vt ponaẽ ꝓ quolibet signo qđ instituit ad aliqđ significandũ ꝼz assimilationẽ ad aliud. Doc autẽ potest fieri r de eo qđ est in rei veritate: sicut vna res est ymago vel figura alteri⁹. et de eo qđ est in ymaginatione tñ. dicit aũt xp̃s figuratus quia claritatẽ sibi veraciter iberẽtẽ assumpſit ad temp⁹ in fignrã future claritatis que erit i sanctis

¶ Ad 2ᵐ dõm q̃ Beda dicit imaginariũ: nõ qđ est tñ in imaginatiõe: sz qđ est imago r figura alteri⁹. ¶ Ad 3ᵐ dõz q̃ nõ est inconueniẽs id qđ ẽ in se opacũ in itrisecis habere claritatẽ in supficie: vel ex tersione sicut ex politũ: vel ex aliquo extrinseco supinducto: sic ex reuerberatiõe solis vel alicui⁹ bꝺ. r sic fuit claritas in xp̃o nõ gdez supinducta ex aliq̃ corpe suplucẽti: sz miraculose ab ipso deo. ¶ Ad 4ᵐ dõz q̃ claritas illa erat simil gloriosi corpis claritati que visuz nõ corrũpit sz demulcet. Unde Apo. 21. comparaẽ claritati iaspidis: q̃ visuz demulcet r delectat. r Bgdẽ ꝺtigit quia est alteri⁹ generis q̃ ista claritas natural⁹. puenit enĩ ex claritate spũali aĩe: que gdẽ nõ corrũpit ꝓportiõez ocli ad vim aĩe: sed magis cõfortat. vñ hoc qđ dicit Jeronim⁹ q̃ deus nõ posset in hac vita taz clarũ quid facere: intelligẽdũ est iõ dcñ esse: q̃ claritas hui⁹ vite. s. naturalis nõ est ꝓportionabilis claritati patrie: sed alteri⁹ generis existens. ¶ Ad 5ᵐ dõz q̃ illa glo. punctata est a magistris: vñ dom est q̃ vterq̃ illozũ ve ibi apparuit: sed helias in aĩa r corpore: moyses autẽ in anima tñ: que apparere potuit vel per aliquod corp⁹ assumptũ: sicut angeli apparẽt: vel quia est potẽs maxie deo ordinante facere aliquã ĩoculis speciẽ illũ hoiem cuius est anima representantem.

¶ Utz claritas illa fuerit glioſa.

Ad secundũ sic ꝓceditur. vidẽt q̃ claritas illa non fuit gl'iosa Matꝫ. 17. Sup illũ. transfigurat⁹ est rẽ. Glo. Be. dicit. in corpe mortali oñdit nõ imortalitatẽ sed claritatẽ similez future imortalitati. sed claritas glorioſa est claritas immortalitatis: ergo illa claritas nõ fuit glorioſa. ¶ P. idẽ nõ potest esse subiectuz penalitatis r glozie. sed corp⁹ xp̃i erat subiectũ penalitatibus: g̃ nõ poterat in eo esse claritas glorioſa. ¶ Si dicaẽ q̃ claritas illa redundabat ex gloria aĩe. Contra secunda Corinth. 3. Tanta erat claritas in facie moysi: q̃ nõ poterat inspici nisi velareẽ. Et Mat. i. sup illud. Nõ cognoscebat eam donec peperit. dicit glo. Joseph mariã facie ad faciẽ videre nõ poterat: quã spiritussanct⁹ repleuerat. sz maria r moyses nõ babebant aĩam glorificatã: ergo non est vez q̃ illa claritas ex glorificatione aĩe ꝓcessit. ¶ P. ꝓpetas corpis glorioſi nõ solũ est claritas: sed etiã agilitas r ipassibilitas r subtilitas. si igit claritatẽ assũpsisset. q̃ ẽ glioſi corpus ꝓprietas: debuisset etiam alias ꝓprietates assumere. ¶ P. claritas glorioſa nõ vr̃ ab oculo non glorificato. sed oculi apl̃oꝛ qui viderũt xp̃i claritatẽ nõ erant glorificati: g̃ illa claritas nõ fuit glioſa. ¶ P. claritas glorioſa nõ est corpi nãlis. sed claritas illa fuit corpi xp̃i naturalis: qđ pz q̃ verba Hylary supinducta: vbi dicit. Si dñi corpis solũ ista nã sit ꝛc. r gl. Mat. 18. dic. Speciẽ quã babebat p nãz ostendit non amittere carnẽ quã assumperat volũtate. g̃ claritas illa nõ fuit glioſa. ¶ P. claritas illa nõ soluz fuit in corpe xp̃i: sed etiã in vestib⁹ ei⁹: vt pz ex textu euãgely. sed in vestimẽtis nõ potest esse glorioſa claritas: ergo nec in corpore christi tunc fuit.

¶ Sz ɔtra. Phil. 3. sup illud. cõfiguratũ corpori clari. dicit glo. Assimilabimur claritati quã babuit in trãsfiguratiõe. sz assimilabimur claritati glorioſe: g̃ tũc babuit claritatẽ glioſaz. ¶ P. Matꝫ. 17. dic glosa q̃ apparuit in ea claritate quã babebit peracto iudicio: sz tũc babebit claritatẽ glozie: ergo r in ea tũc apparuit. ¶ P. claritas nõ glorioſa nõ ostendit gloziam resurrectiõis: sed ad boc xp̃s trãsfigurat⁹ est vt gloziam resurrectionis ostenderet: vt dictũ est: ergo erat claritas glorioſa.

Respondeo dõz q̃ Hugo de sancto victore dicit q̃ xp̃s assumpsit oẽs ꝓprietates seu dotes corpis glorificati adhuc corp⁹ passibile gerẽs: q̃uis in xp̃o nõ ꝓpe habebant rõnẽ dotis: sicut subtilitatẽ in natiuitate qñ egressus est de vtero virginali claustris pudoris manẽtib⁹ clausis. Agilitatẽ aũt quãdo sup vndas maris ãbulauit. claritatẽ aũt i trãsfiguratiõe. Impassibilitatez in cena: quãdo corp⁹ suũ ad edendũ discipulis sine boc q̃ diuidereẽ dedit. Et Bgdẽ nõ põt itelligi quãtũ ad ipas q̃litates siue habit⁹ glorioſi corpozis: q̃ Driañ ꝺditoib⁹ r ꝓpetatib⁹ corpozis passibilis. xp̃s aũt semp añ resurrectiõez corp⁹ passibile babuit. nec Bgdẽ corp⁹ ei⁹a discipulis edentib⁹ nõ diuidebaẽ: fuit ꝓpter impassibilitatẽ: sz quia nõ in ꝓpria specie comedebaẽ: sz in specie pãis: in q̃ fiebat fractio. vñ cũ ctraria nõ sint simul in eodẽ: nõ poterat tũc habere q̃litates corpis glorioſi: sed act⁹ illarũ ꝓprietatũ fuerũt in eo: nõ gdem procedẽtes ex aliqua inherente: sed supnaturaliter diuino miraculo vt dicit Dionysi⁹ i epistola. 4. ad Haiũ. Sup hominẽ operaẽ ea q̃ sunt hoĩs. r Bgdẽ monstrat virgo supnaturaliter cõcipiẽs. r aq̃ instabilis mãliuz r terrenozũ pedũ sustinens gravitatẽ. Dicẽdum ergo q̃ ille fulgoz nõ fuit proueniens ex aliq̃ ꝓpetate corpozis glioſi existẽte in corpe xp̃i: sz fuit miraculose r diuinit⁹ iductus in corpe xp̃i. Fuit tñ ille fulgoz eiusdẽ generatiõis cũ fulgore corpozũ glorificatozũ: nõ tñ ita pfect⁹ sicut charitas vie assimilat charitati patrie. Jn moyse aũt fuit claritas similis claritati patrie sicut fides visioni nõ eiusdẽ gñis: r ideo aspectũ intuentiũ offẽdebat: quod nõ fuit de claritate xp̃i: r buius rõ est: q̃ aĩa xp̃i glorificata erat. nõ aũt anima moysi. vnde r corpori ei⁹ poterat cõueniẽter attribui claritas glioſa. ñ aũt corpi moysi: ne p⁹ eẽt glia ĩ corpe q̃: ĩ aĩa.

Ad primuz g̃ dõz q̃ ex glosa ista babeaẽ q̃ nõ fuerit habitus claritatis: sicut in corpib⁹ immortalib⁹: sed fuit actus splendoris similis ex diuino miraculo. Per qđ pz ẽt solutio ad secũdũ. ¶ Ad 3ᵐ dõm q̃ nõ potest eẽ q̃ claritas illa fuerit in corpe ex gloria aĩe: q̃ aĩa xp̃i adhuc erat passibilis ex illo respectu quo est forma corpis. vñ gloziã in corp⁹ nõ trãsfundebat vt dcñ est. ¶ Ad 4ᵐ dõz q̃ etiã act⁹ alioꝛ dotiũ in xp̃o ostendit: sed aliter vt dcñ est: sed tñ scdz illa nõ dicit transfigurat⁹: q̃ alie dotes nõ ptinẽt ad aspectũ: fm quẽ ꝓpiue de figura alicui⁹ iudicam⁹: sic claritas p quã aliqđ in seipso videt. ¶ Ad 5ᵐ dõz q̃ boc itelligit quãdo corp⁹ gloriosum non vult se ostẽdere. ¶ Ad 6ᵐ dõz q̃ illa claritas dicitur sibi fuisse nãlis: inquãtũ corp⁹ illud ordinatum erat ad illam claritatẽ habendaz: sicut vtutes dicunt aĩe naturales: vel inquantum erat conformis claritati anime vel ratiõe diuinitatis. ¶ Ad 7ᵐ dicẽdũ q̃ in vestibus erat splẽdoz ex claritate corpozis ꝓcedẽs. ¶ Expositio text⁹.

Sicut alys boĩb⁹). Similitudo attendit̃ inquãtũ alys boĩb⁹ necessitas moziẽdi inest natura: non inquãtuz est ex peccato (Sũt .n. q̃tuor stat⁹) Cõtra. boe. assignat tres. Dõz q̃ boeti⁹ assignat stat⁹ bũane nãe quãtũ ad ꝺditiones corpis ꝑncipal⁹r: qđ gdẽ in ꝑ⁹ statu erat aĩale. iscdo corruptibile. in 3⁹ spũale. magr̃ aũt assignat ꝑncipal⁹r 4⁹ stat⁹ q̃tũ ad ꝺditões aie vt pz. (Immũitatẽ peccati.) Nõ q̃tũ ad po⁹ pecãdi. sz q̃tũ ad actũ. boe. vo dic q̃ de ꝑ⁹ statu accepit ea que ad vitã aĩalẽ ptinent. s. cõedere dõmire r bꝺ.

¶ Si omnis christi oratio vel voluntas impleta sit. Distinctio. XVII.

Post dicta ꝑsiderari opz vtz xp̃s aliqđ voluerit vel orauerit qđ scm nõ sit. Doc. n. extimari põt p Bgdẽ qđ ipe ait. Pater si possibile ẽ trãsfer a

Universidad de Deusto
Biblioteca

me calicē istuz. verūtamē nō sicē ego volo: ſz sicē tu vis. hic nāq; volūtatē suā a patris voluntate discernere videt. Quocirca ambigēdū nō ē diuersas in xp̄o fuisse volūtates iuxta duas nās: dinā. ſ. volūtatē ⁊ būanā. Et būana volūtas est affect⁹ ratiōis vel affect⁹ sensualitatis. Et ali⁹ est affect⁹ aie ſz rōnē: ali⁹ ſm sēsualitatē. vterq; tñ dicit būana volūtas. Affectu aūt rōnis idvolebat qđ volūtate dina. ſ. pati ⁊ mori: ſz affectu sēsualitatis nō volebat: imo refugiebat. Nec tñ i eo caro ꝺ spūm. vel ꝺ deū ꝓcupiscebat. Quia vt ait Augu. nullū est vitiū cū caro cōcupiscit aduersus spm̄. Caro aūt dicta ē ꝓcupiscere: quia hoc ſz ipsaz agit aia: sicut aia p aurē audit: ⁊ p oculū videt. Caro eni nihil per aiaz cōcupiscit. Sz cōcupiscere dicit cū aia carnali ꝓcupiscētia spiritui reluctat babēs carnalē delectationez de carne ⁊ a carne aduersus delectationē quaz spēs hz. Ipsius aūt carnalis cōcupiscētie cā nō est in aia sola: nec i carne sola. Ex vtroq; n. fit. qz sine vtroq; delectatio talis non sentit. Talis igit rixa talisq; cōcertatio in aia xp̄i nullaten⁹ eē potuit. Quia carnalis ꝓcupiscētia ibi esse negt. Dei etiā volūtas erat ⁊ rōni placebat: vt id ſm carnē vellet: quaten⁹ ꝛitas būanitatis i eo ꝓbaret. Nā qui bois nāz suscepit: que ipsi⁹ sūt subire debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex ē affect⁹: mētis. ſ. ⁊ sensualitatis: ita ⁊ i eo debuit eē gemin⁹ affect⁹: vt mētis affectu vellet mori: ⁊ sēsualitatis affectu nollet: sic in viris scis fir. Petro. n. ipsa ꝛitas dicit. Cū senueris extēdes man⁹ tuas: ⁊ ali⁹ te cinget: ⁊ ducet te quo tu nō vis. ſ. ad mortē: qđ exponēs Aug. dic̄: q; Petr⁹ ad illā molestiā nolēs est ductꝰ. nolēs ad eū venit: ſz volēs eā vicit: ⁊ reliqt affectū ifirmitatis quo nemo vult mori: qz adeo est nālis: vt eū Petro nec senect⁹ abstulerit. Vñ ēt dñs ait: Transeat a me calix iste. Sed vicit eū vis amoris. Ergo ⁊ in xp̄o ſm būanitatē: ⁊ in mēbris ei⁹ gemius est affect⁹. vnus rōnis charitate i formaꝰ: quo ꝓpter deū qs mori vult. alter sensualitatis carnis ifirmitati ꝓpiqu⁹: ⁊ iō cōiunct⁹: quo mors refugit: vt eni ait Augu. Paul⁹ mētis rōne cupit dissolui: ⁊ eē cū xp̄o: sensu aūt carnis refugit ⁊ recusat. Hoc habet būan⁹ affect⁹: qm̄ diligit vitaz: odit mortē. Scōz affectū istū xp̄s noluit mori: nec obtinuit qđ ſm istū affectū petijt.

¶ Auctoritatib⁹ ꝓbat diuersas i xp̄o volūtates.

EX affectu igitur humano quē de virgine traxit volebat non mori: ⁊ calicez transire orabat. vñ Beda. Orat transire calicem: qz homo est deus. Pater si fieri pōt transfer a me calicem istum. Ecce habes bois volūtatē humanā expressam. Vide iā rectū coz. sed nō vt ego volo: ſz qđ tu vis. vñ alibi. Nō veni facere volūtatē meā: quaz. ſ. temporaliter sumpsi de virgine: ſz volūtatē ei⁹ qui misit me: quā. ſ. etern⁹ habui cū patre. Hic aperte dicit duas in xp̄o fuisse volūtates: ſm q̄s diuersa voluit. Jeronym⁹ quoq; sup illū locū. Spūs aūt prompt⁹ est: caro aūt infirma: dans itelligi hic duas volūtates exprimi: ita ait. Hoc cōtra euticianos: qui dicūt in xp̄o vnam tm̄ voluntatez. Hic aūt ostēdit būanam que ꝓpter infirmitatē carnis recusat passionem: ⁊ dinam que prompta est pficere dispēsationē. Augustinus etiā duas in xp̄o asserit volūtates dicēs: Quātū distat de⁹ ab boie tantū voluntas dei a volūtate bois. Unde boiez gerēs xp̄s ostendit priuatam quādam bois volūtatē: in qua ⁊ suā ⁊ nostram figurauit: qui caput nostrū est: ⁊ ad eum sicut mēbra ptinemus. Pater inquit si fieri pōt transfer a me calicem istū. hec būana voluntas erat ꝓpriū aliquid: ⁊ tāq; priuatū volēs Sed qz rectū vult esse boiem: ⁊ ad deū dirigit subdit. Nō qđ ego volo: ſz qđ tu vis. Ac si diceret: vide te in me: qz potes aliquid ꝓpriuz velle vt de⁹ aliud velit: Cōcedit hoc būane fragilitati. Idem alibi. Xp̄s etiam in passione sua duas expressit in se volūtates ſm duas naturas. Ait enim: pater si fieri pōt transfer a me calicē istū. Ecce habes bois volūtatem: quam ad diuinaz cōtinuo dirigens ait: verūtamē nō sicut ego volo: sed sicut tu vis. Ambrosius in li. iij. de tri. Scriptū est: Pr̄ si fieri pōt trāsfer a me calicez istū. hec xp̄i sunt. Sz quō ⁊ in qua forma dicātur aduerte. Bois substātiā gerit: bois assūpsit affectū. Nō ergo q̄si de⁹: ſz quasi bō loquitur. Suscepit qđē volūtatez meā. Mea est volūtas quā suā dicit cū ait. Nō sicē ego volo: ſz sicut tu vis. Cū aūt dixit. oia que hz pater mea sunt: qz nihil excipit sine dubio quā p̄ hz eandē ⁊ filius hz volūtatē. Eadē eni xp̄i voluntas est q̄ prīa. vna ḡ volūtas p̄ris ⁊ filij ē: ſz alia volūtas bois alia dei: vt scias vitā i volūtate bois eē: passionē aūt xp̄i in voluntate diuina. vt pateretur pro nobis. His testimoniis euidenter docet in xp̄o duas fuisse volūtates: qđ qz negauit Macharⁱ archiepūs i metropolitana synodo ꝺēnat⁹ est. Et ex affectu būano: sēsualitatis qđez: nō rōnis illō voluit ⁊ petijt qđ nō ipetrauit. Nec iō petijt vt ipetraret: qz sciebat deū ñ eē facturū illō. Nec illō fieri volebat affectu rōnis vl̄ volūtate diuinitatis. ¶ Quare orauit illud.

AB qđ igit petijt: vt mēbris formā p̄beret iminēte pturbatiōe clamādi ad dīz: ⁊ subijciēdi volūtatē suā diuine volūtati: vt si pulsāte molestia turbātur p eiusdē amotōe orēt. Sz si nequeūt vitare: dicāt qđ ipse xp̄s. Nō ḡ ad insipiētiā fuit q̄ xp̄s clamās nō audit ad salutē coꝛpalē. Bonū qdē petijt. ſ. vt non moreretur: sed melius erat vt moreretur. Quod ⁊ factum est.

¶ Be eo q̄ Ambrosius dicit christum dubitasse affectu humano.

CEtex nō pax nos mouēt ꝛba āb⁹osij: qb⁹ significare vt: xp̄s ſm būanū affectū ꝺ potētia p̄ris dubitasse: sic dicēs i tertio lib. ꝺ tri. Be quo dubitat: de se: an ꝺ p̄re: Be eo vtiq; cui dic̄ trāsfer: dubitat bois affectu. Nā de⁹ de p̄re nō dubitat: nec de morte formidat. Prophetа ēt nō dubitat: qui nihil de eo ipossibile asserit. Oia q̄cūq; voluit fecit: nō itra boies ꝓstitues deū. Prophetа nō dubitat: ⁊ filiū dubitare tu credis: Ut ergo hō dubitat: vt hō locut⁹ est. His ꝛbis inui videt q̄ xp̄s nō iquātū de⁹ ē vel dei fili⁹: ſz iquātū hō dubitauerit affectu būano. Nō ea rōne dem̄ accipi potest: nō qz ipse dubitauerit: sed qz moduz gessit dubitātis: ⁊ hominib⁹ dubitare videbat.

¶ Uerba hylarij longe diuersam exprimentia sententiam a premissa.

ILlud ēt ignorādū nō est qđ hylarius asserere videt xp̄z nō sibi: ſz suis oraſse. cū dixit transeat a me calix ⁊c. Sic nec sibi: ſz suis timuit: nec eū voluisse vt sibi nō eēt passio: ſz vt a suis trāsiret calix passionis: ita iquiēs. Si passio bonorificatura euz erat: sic iuda exeūte ait: nūc glificat⁹ ē fili⁹ bois: quō tristē eū met⁹ passiōis effecerat: Nisi forte tā irrōnabilis fuerit: vt mortē timuerit: q̄ patiētez se glificatura erat. Sz forte timuisse vsq; eo estimabat: vt trāsferri a se calicē depcat⁹ sit dicēs: Pr̄ trāsfer a me calicē istū. Quō. n. per patiēdi metū trāsferri depcareťa se qđ p dispēsatiōis studiū festinaret iplere. Nō. n. ꝙuēit vt pati nolit: qđ pati velit. ⁊ cū pati eū velle cogſceres religiosū fuerat bꝙfiteri q̄ ad id impie stulticie prūpe: vt eū assereres ne patereť oraſse: quē pati velle cogſceres. Nō ḡ sibi tristis: neq; sibi orat trāsire calicē: ſz discipulis: ne i eos calix passiōis incūbat: quē a se trāsire orat: ne i bis. ſ. māeat. Nō. n. rogat ne secū sit: ſz vt a se trāseat. Beide ait: nō sic ego volo: ſz sic tu vis. būane i se solicitudis significās ꝙsortiū: ſz nō discernēs sniam sibi cōis cū pie volūtatis. p boib⁹ ergo vult trāsire calicē: p quē oēs tētādi erāt discipli. ⁊ iō p petro rogat ne deficiat fides ei⁹. Sciens igit hec oia p⁹ mortē suā defitura vsq; ad mortē tristis ē. ⁊ scit hūc calicē nō posse trāsire nisi biberit: iō ait. Pr̄ si non pōt trāsire calix iste nisi bibā illū: fiat volūtas tua. Sciēs ꝙsūmata i se passiōe metuz calicis trāsiturū: q nisi eū bibisset trāsire ñ posset: nec finis terroris nisi ꝙsūmata passione terrori succederet: qz post mortē ei⁹ p virtutū gloriam aplice ifirmitatis scādalū pelleret. Intende lector his ꝛbis pia diligētia: ne sint tibi cā mōtis.

¶ Postq̄ magister determinauit de his q̄ xp̄s cum nā humana assūpsit: Nic determiat de his que p būanā nām fecit: opis aūt būani volūtas ꝓncipiū ē: sine quo op⁹ nec meritoriū nec laudabile est: ⁊ iō diuidit hec ps i z. ptes. p⁹ determiat de volūtate xp̄i. scōo ꝺ merito ei⁹ qđ ex volūtate ꝓcessit. z 8. dis. ibi. (De merito quoq; xp̄i.) Pria in. z. ꝓmo determiat de volūtate xp̄i. scōo remouet q̄dā dubia q̄ ex dictis oriri possent ibi. (Letex.) Pria i tres. p⁹ pōit dubitationē de efficacia volūtatis xp̄i ⁊ oīonis: q̄ est signū volūtatis. scōo soluit distiguēdo volūtatē xp̄i ibi. (Quocirca ambigēdū nō ē.) In z⁹ solutionē cōfirmat oīdēs diuersas volūtates eē i xp̄o ibi. (Ex affectu ⁊c.) (Letex nō pax) ℔ remouet q̄dā que possent eē ex dictis dubia. ⁊ p⁹ remouet dubiū: qđ oriť ex dictis āb⁹osij. scōo dubiū qđ oriť ex dictis Hyl. ibi. (Illud etiā nō ignorādū.) Questio. I.

